

dilata in tempus, postquam idoneus repertus fuerit. Licet enim ista conditio impediat executionem Gratiae, donec constet de idoneitate impetrantis, tamen non impedit acquisitionem, si in rei veritate impetrans sit habilis, et sic ista suspensio est circa executionem, non circa acquisitionem juris, cum qualitas idoneitatis sit pura, et certa in rerum natura, licet a nobis ignorata, antequam examinaretur, et conditio de praeterito, vel praesenti non suspendit; l. *Cum ad praesens*, ff. *Si certum petatur*, l. *Institutio talis*, ff. *de Condition*. Sic Barbosa clausula 16, n. 1, Rot. part. 4, tom. iii, dec. 539, n. 1, p. 10, dec. 122, n. 19, par. 17, dec. 116, num. 11 et 12. Et quod talis Gratia non sit conditionalis quoad substantiam, sed suspensiva solum executionis, donec constiterit provisum esse dignum, resolutum fuit a Rota p. 1, dec. 711, num. 2. (54. Clausula enim *in forma dignum* posita in Gratia, operatur ut Beneficium habeatur pro collato, remanente solum suspensione circa executionem ratione examinis, et collationis ab exsecutore faciendae Rota par. 16. decis. 141, num. 33. (55. Hinc ubi hujusmodi Gratia *in forma dignum* sit justificata, tribuit non solum jus ad rem, sed etiam in re; Rota par. 17, dec. 207, num. 46. (56. Secuta morte provisi *in forma dignum*, antequam dignus repertus, seu declaratus fuerit, Beneficium non vacat per mortem illius, sed per mortem ultimi possessoris; Barb. d. claus. 56, n. 7, cum aliis ibi citatis; Rota p. 5, to. 2, dec. 549, n. 21, et dec. 569, n. 25. (57. Gratia *in forma dignum* censetur facta a die ejus datae, ita ut excludat gratiam alterius postmodum impetratam; Rot. part. 2, decis. 523, num. 3. Quando Gratia est concessa *in forma dignum*, exsecutor fit mistus: *Garcias de Benefic.* par. 6, cap. 2, num. 126 et 127, ubi citat varias decisiones Sac. Rotae; Barb. loc. cit. n. 8, ubi adducit etiam varias Sac. Rotae decisiones. (58. Unde ab exsecutore cum ista clausula *in forma dignum* appellare licet, et possessio interim capta, est attentata; sic saepe fuit resolutum in Sacra Rota et signanter in una S. Agathae Gothorum, et Zamorensi Beneficiorum, et in Nullius Sacristiae 26 Octob. 1601, coram Penna, et in Barchinonen. Parochialis 10 Decemb. 1601, coram Card. Sacrato, et dec. 701, sub num. 2, p. 1, recent. apud Barb. loc. cit. num. 9. (59. Hoc tamen est intelligendum, quando alius est in possessione, vel adest legitimus contradictor, tunc enim datur appellatio propter praedictum possessoris; secus quando nullus est in possessione, nec adest legitimus contradictor; Rota part. 4, tom. 2, decis. 333, n. 5 et sequent. Barbosa loc. cit. n. 10, ubi adducit alias decisiones Sac. Rotae, et testatur de communi. (60. Provisus per Sedem Apostolicam *in forma dignum* de Canonatu, cujus Ordinem requisitum jam habet, examinandus non est ab ordinario super litteratura, seu idoneitate scientiae; ii vero qui sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinae, quae ex praescripto Sacri Concilii Tridentini necessaria sunt illi Sacro ordini,

qui Canoniceatui, quem consequi volunt, erit annexus; Sic decisum fuisse a Sac. Cong. Concilii referunt *Garcias de Benefic.* p. 6, cap. 2, num. 234, Barbosa *de Canonic. et Dignitatibus*, cap. 13, n. 7 et 8, et in Summa Apostolicar. decision. verb. *Examen, Examinare*, num. 10, Fagnan. lib. 1, *Decret.* in cap. *Accepimus* 13, *de Aetate et qualit.* n. 14, ubi dicit, sic a Sacra Congreg. Conc. fuisse responsum Card. Borromeo.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(61. De Gratia derogatoria *Jurispatronatus in totum*, de Gratia pro praesentato cum derogatione medietatis vocum, tum de Gratia *Si neutri*, quae concedi quotidie a Dataria solent haud abs re videtur pauca hic adnotare.

(62. Ut locus esse queat *Gratia derogatoria jurispatronatus in totum*, ante vacationem Beneficii lis debet inter Patronos pendere, tum nemo ex ipsis debet existere in pacifica quasi possessione praesentandi.

(63. Ad primum requisitum quod attinet, litis pendentia satis probatur ex praecedenti instantia facta coram Judice competenti, quod jus praesentandi ad instantem pertineret cum productione nonnullorum, eaque instantia intimata aliis Patronis. (64. Minimeque obstat si citati non comparuerint, quia ad hujus gratiae validitatem non est necessaria litis contestatio, sed sufficit eam fuisse introductam. (65. Maxime si Summo Pontifici expressa fuerit simplex haec litis introductio. (66. Pariter, nec obstat si a litis introductione effluerint triginta et amplius anni, quia instantia de jure Canonico est perpetua, et pro extincta non habetur, nisi vel supervenerit sententia illius extinctionem decernens, vel cum lapsu temporis concurrat malum jus Actoris. Confer de his omnibus Rotam in Camplen. Capellaniam 28 Novemb. 1725, cor. clar. mem. Millin.

(67. Caeterum si instantia non fuerit legitime intimata, vel reproducta, deest requisitum pendentiae litis; Rot. in Colonien. Parochialis de Vineberg. 16. Janu. 1747, cor. bon. mem. Vicecom. (68. Idem est si fuerit affectate introducta; Rot. in Jannen. *Jurispatronatus* 27 Martii 1748 et 15 Junii ejusdem anni cor. Illustris. Molin. (69. ubi quod lis re judicata sublata, non est subjectum Gratiae derogatoriae *Jurispatronatus in totum*, etiam obtenta commissione restitutionis in integrum, si elapsis centum annis nihil actum sit.

(70. Alterum requisitum est, quemadmodum supra innuimus, ut nullus Patronus existat in pacifica quasi possessione praesentandi. Caeterum si sit Patronus, qui in pacifica quasi possessione praesentandi existat, cessat ratio reservationis reposita in incertitudine personae praesentare debentis, adeoque frustra impetratur Gratia derogatoria *Jurispatronatus in totum*, quum non intendat Summus Pontifex praedictum illi irrogare; Rot. in dict. Colonien. Parochialis de Vittemberg. 17. Janu. 1746, cor. bon. mem. Vicecom.

(71. Intellige tamen si existat ex *persona propria*, non item ex *persona sui Auctoris*;

Rot. in dict. Camplen. Capellaniam 28 Novembris 1746, coram clar. mem. Millin. In *Jurispatronatus* vero familiari suffragari, et quasi possessionem praesentandi Auctoris ad impediendam dictam Gratiam, responditidem Sacrum Tribunal, in Compostellana Parochialis S. Thirsi 8. Martii 1755, coram bon. mem. Nunez, et 12 Febr. 1745, cor. bon. mem. Vicecomit. Haec de Gratia *derogatoria jurispatronatus in totum*.

(72. Ad Gratiam vero pro praesentato cum derogatione medietatis vocum satis est fuisse praesentatum a Patronis existentibus in quasi possessione praesentandi pro medietate ad formam ultimi status. (73. Quinimo potest obtineri haec Gratia ante hanc praesentationem, sufficitque quod ea intra quadrimestre superveniat; Rot. in Papien. Beneficii 4 Maii 1744, coram Illustrissimo Thunn, et 15 Mart. 1749, cor. R. P. D. Clemente Impress. Romae, typis Barbiellini 1781, et in Colonien. Vicariae 12 Jun. 1750, cor. R. P. D. Canilliac.

(74. In hac Gratia quasi possessio Auctoris prodest successoribus, quaecumque sit *Jurispatronatus*.

(75. Nec attenduntur exceptiones quaecumque indaginem admittentes; Rot. in dict. Camplen. Capellaniam 28 Novembris 1746, cor. clar. mem. Millin.

(76. Validitati hujus Gratiae non obstat sententia super institutione alterius praesentati lata jam ab Ordinario. (77. Diversum tamen esset si Ordinarius gratificationem illi concessisset. (78. De caetero si gratificatio, et Gratia praeserant datam ejusd. diei, praesumptio est pro anterioritate Gratiae, nisi concludenter probetur, quod per aliquod spatium ejusdem diei Ordinarii sententia praecesserit; Rot. in Colonien. Personatus 22 Novembris 1743, cor. b. m. Nunez, et 23 Janu. 1745, cor. Illustris. Caprar. Almæ Urbis Gubernatore, et 14 Februar. 1746, coram R. P. D. Canilliac, et 13 Martii 1747, cor. bo. mem. Vicecom.

(79. Nec obstat, si reticeatur alterum praesentatum a Patrono habente medietatem *Jurispatronatus* esse filium ejusdem, dummodo his, qui dictam Gratiam obtinuit, sit consanguineus et agatur de *Jurispatronatus* haereditario, Rota. in dict. Colonien. Personatus. (80. Quod si praesentatus a Patronis habentibus medietatem *Jurispatronatus*, sit insuper unus ex Patronis, dicta Gratia vitatur ex ejus reticentia, Rot. in Tuden. Parochialis de Luvaderis 9 Maii 1749, et in confirmatoria 29 Novembris ejusdem anni 1749, cor. Illustrissim. Molin.

(81. Restat, ut verba faciam de Gratia *Si neutri*. Ejus requisita sunt non jus utriusque et litis pendentia. (82. Quoad vero illum, qui impetrat Gratiam hanc, hoc ipso quod eam impetrat, fatetur nullum sibi jus competere, ut dixit Rot. in Mindonien. Parochialium 15 Februar. 1748, cor. bon. mem. Lana.

(83. Lis per renunciationem sublata inefficax est ad sustinendam dictam Gratiam. (84. Idque etiamsi affectate renovata sit. (85. Quando autem dici possit affectate reno-

vata, vide apud Rot. in Colonien. Parochialis 22 Januarii 1748, cor. R. P. D. Clemente impress. Romae, typis Barbiellini 1781.

(86. An Gratia haec impetrari queat a Tertio? Affirmandum videtur secundum ea, quae firmavit Rot. in Caesenaten. Vicariae 14 Maii 1727, cor. b. m. Gamaches.

(87. Quando et ex quibus clausulis dicta Gratia impetrata dici queat ad majorem cautelam, adi Rotam in Vercellen. Capellaniam 29 Nov. 1720, et in confirmatoria 5 Junii 1722, coram bon. mem. Foscar.

## ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

(88. Quando haec Gratia conceditur alteri ex litigantibus appellatur Gratia *Si neutri*: quando vero conceditur extraneo tunc vocatur Gratia *Si nulli* Rigant. in Reg. XXIX, § 1, n. 135. Quid vero dicendum si alter ex colligantibus moriatur lite adhuc pendente? Hoc casu ad omnes extinguendas lites Apostolica Sedes solet colligantem in jura adversarii vel naturaliter, vel civiliter defuncti subrogare, ne novus ei superveniat adversarius. « Hinc Regula XXIX de subrogandis colligantibus statuit: quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico colligantem in jure vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competierit subrogari contigerit (dummodo praedictus colligans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dict. adversarium postquam illud per triennium pacifice possederit lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de praemisso jure sive tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes, vel concessionem etiam motu proprio infra mensem ante concessionem hujusmodi factae nullius sint roboris vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare per viventium beneficia, illorum praesertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitae periculum, impetrant, ut illis decedentibus tanquam colligantibus in eorum juribus facilius subrogentur, voluit, ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, et subrogatio vel Gratia *Si neutri*, *Si nulli*, seu *novae provisionis* aut *perinde valere* taliter impetranti nullatenus suffragetur. Quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus beneficiorum per privationem, et amotionem ex quibusvis criminibus, et excessibus forsitan perpetratis etiam usque ad definitivam sententiam, quae tamen in rem non transiverit judicatum, processum foret, ibique » Rigant. et Gagliard. *de Benefic. Eccles.*, cap. 5, § 61, 62, 63, praesertim in notis.

(89. Supra facta est mentio Gratiae *perinde valere*, quam concedi sciendum est, ut praedefuncti Pontificis Gratiae infra annum concessae reconvalescant, ubi aliqua occurat dubitandi ratio, quod ob vitium subreptionis aliumque defectum ipsae nullitatis vitio laborent, sine tamen praedictum juris alteri interea quaesiti. *Regul. XII*: « Omnes et singulas a Romano Pontifice praedecessore

infra annum ante diem ejus obitus concessas Gratia et justitia litteras temporibus debitis earum executoribus seu iudicibus non presentatas omnino revalidat, et in statum pri-

## GUBERNATOR.

## SUMMARIUM.

1 ad 16. Plura afferuntur Decreta ex Sacra Rituum

(1. Gubernator non comprehenditur sub nomine Magistratus Civitatis; Sac. Congr. Rit. in Alexandrina 15 Mart. 1608, in 4, dubio teste Sellio in select. Canon. cap. 27, num. 18. Barbosa in *Summa Apostolicar.* decision. verb. *Gubernator*, num. 1.

(2. Gubernatori provinciae non debet textus Evangelii osculandus porrigi; Sac. Congr. Rit. in Cusentina 17 Junii 1614, et in Tropien. 3 Junii 1617, ubi quod nec etiam debet in processionibus simul cum Episcopo incedere, quas refert Sellius d. cap. 27, n. 30.

(3. Gubernator civitatis Lauretanae praecedit juxta consuetudinem Vicario Generali; Sac. Congr. Rit. in Lauretana 9 Maii 1609, quam citat Sellius d. cap. 27, num. 31.

(4. Gubernator, et magistratus recusantes contra solitum accedere ad Ecclesiam Cathedraliam, debitis remediis cogendi sunt, ut accedant; Sac. Congr. Rit. in Fanen. 1 Sept. 1607, penes Antonin. Dianam *Moral. resol.* p. 5, in fine, in *Collect. declaration.* n. 49. Lezanam in sum. q. *Regular.* tom. III, verb. *Ecclesia*, num. 18.

(5. Gubernator civitatis non debet habere sedem seu locum in choro, nec supra, nec inter canonicos, sed omnino extra chorum in loco decenti; Sac. Congr. Rit. in Signina 4 Junii 1615, referente Sellio dict. c. 26, num. 32.

(6. Gubernator civitatis debet habere sedem pro audienda concione apud Episcopum, quae tamen non sit major, nec pulchrior sede ipsius Episcopi, et neutra sit coloris rubri; Sac. Congr. Rit. in Perusina 3 Octobris 1615, cujus meminit Ald. in compend. Canon. resol. l. 1, t. 16, n. 59.

(7. Gubernatori praelato solita sedes cum strato in Ecclesia paranda est; Sac. Congr. Rit. in Fulginaten. 30 Januar. 1610, apud Aldan. d. tit. 16, num. 71.

(8. Gubernator civitatis, quae est caput provinciae, thurificandus est, et pacem habere debet ante vicarium episcopi, etiam absente episcopo; in aliis vero minoribus civitatibus post episcopum thurificari, et pacem habere debet, sed absente Episcopo ei praefertur vicarius; Sac. Congr. episcop. et Regular. sub die 30 Junii 1592, quam adducit Aldan. d. tit. 16, num. 62.

(9. Gubernator status, ubi viget consuetudo, thurificandus est ante barones, et curatos ecclesiarum; Sac. Congr. Rit. in Gotian. in Sardinia 5 Julii 1613, teste Aldan. d. tit. 16, num. 63.

(10. Gubernator protonotarius cum habitu praelatitio, id est rochetto, et mantelletta divinis assistens, thurificandus est ante canonicos immediate post episcopum; Sac.

stinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentae quoad hoc plenarie restituit. »

Congregatione. — 17 ad 88. Et ex Sacra Immunitatis Congregatione.

Cong. Rit. in Fanen. 5 Julii 1603, attestante Aldan. d. tit. 16, num. 61.

(11. Gubernator dignissimus, et perpetuus thurificandus est immediate post episcopum, et ante canonicos etiam paratos; Sac. Congr. Rit. in Alexandrina 15 Mart. 1607, in resp. ad 4, dub. penes Sell. d. c. 27, n. 34, et Barb. *Summa Apost. dec.* verb. *Gubernator*, n. 41.

(12. Gubernator civitatis etiam non praelatus, thurificandus est immediate post canonicos assistentes, ante alios canonicos; absente vero episcopo, immediate post vicarium generalem; Sac. Congr. Rit. in Faventina 9 Maii 1606, et in Fanen. 1 Septembris 1607, apud Sellium d. cap. 27, num. 35, etiamsi Gubernator sit uxoratus; ead. S. Congr. in Faventina 17 Novemb. 1607, cujus meminit idem Sellius d. cap. 27, num. 36.

(13. Gubernatores civitatum Sedis Apostolicae quando sunt referendarii, et praelati, et utuntur rochetto, post Episcopum, et assistentes, ante canonicos juxta consuetudinem thurificandi sunt; Sac. Congr. Rit. in Caesaten. 7 Decemb. 1601, quam refert Aldan. d. tit. 16, num. 65.

(14. Gubernator thurificari debet post dignitates et canonicos tam ecclesiae Cathedralis quam Collegiatae; Sac. Congr. Rit. in Complen. 28 Jan. 1612, quam citat Aldan. d. tit. 16, num. 66.

(15. Gubernator civitatis thurificandus est duplici, non triplici ductu thuribuli; Sac. Congr. Rit. in Civitatis Ducalis 11 Novemb. 1614, apud Sellium d. c. 27, n. 38.

(16. Gubernatores Capitulares electi a Capitulo, Sede vacante, non debent praecedere decano, et canonicis aliis ipsis dignioribus; Sac. Congr. Rit. in Elboren. 25 Januar. 1603, de qua Sellius d. cap. 27, n. 39. Licet ad ipsos tantum, et non ad decanum, et alios canonicos non electos pertineat decidere, et votare in his, quae pertinent ad curam ei commissam; ead. Sac. Congregat. in d. Elboren. 5 Julii 1603, penes Sellium d. cap. 27, num. 30.

(17. Gubernator, judex, et alii ministri non possunt prohibere executoribus Curiae laicae, quo minus exsequantur, monitoria, et mandata Curiae Eccles. etiam nulla ab eis petita licentia, seu assensu; Sac. Congr. Imm. in Macerat. 2 Septemb. 1664, lib. *Decret. Rocci*, p. 587, in Vercell. 30 Junii 1632, lib. 2 *Decr. Paul.*, pag. 131.

(18. Gubernator debet permittere episcopo liberum usum Birruariorum, et carcerum laicalium; ead. S. Cong. Immunit. in Civitatis Castellanae 19 Julii 1679, lib. 2 *Dec. Altoviti*, pag. 1800.

(19. Quare Gubernator carcerans Balivum Curiae laicae, eo quod ei praesentasset praecceptum Curiae episcopalis, excommunicatur; ead. Sac. Cong. Imm. in Sutrina 13 Jan. 1703, lib. 3 *Decret. Vallem.* pag. 468.

(20. Gubernator denegans claves carcerum communium Curiae ecclesiasticae, graviter reprehenditur; ead. Sac. Cong. Imm. in Civit. Castellanae 28 Februarii 1662 lib. *Decr. Rocci*, pag. 386.

(21. Gubernator pariter reprehenditur graviter, et acriter pro carceratione Birruarii Curiae episcopalis, et ipsi injungitur, ut sine mora eum relaxet cum refectione damnorum; ead. Sac. Congr. Imm. in Camerinen. 9 Mart. 1649, lib. 4 *Decr. Paul.* pag. 73.

(22. Gubernator non potest cogere colonos bonorum patrimonialium episcopi ad mittendum eorum animalia pro servitio, et reaptatione viarum, nisi habeat a Sancta Sede facultatem specialem; ead. Sac. Cong. Imm. in Macerat. 15 Decembr. 1654, lib. 3 *Decret. Paul.*, pag. 60.

(23. Nec potest prohibere notariis, et officialibus Curiae episcopalis, quin exercere possint officia publica Communitatis; eadem Sacra Congr. Imm. in Firmana 8 Aprilis 1631, lib. 2 *Decret. Paul.*, pag. 74.

(24. Gubernator declarat per suum Edictum circa damna data non esse cogendos Ecclesiasticos ad dandas querelas pro damnis datis in bonis ecclesiasticis in Curia Gubernatoris; ead. Sac. Cong. Imm. in Massana 2 Junii 1693, lib. 1 *Decret. Vallem.* pag. 50.

(25. Non potest, nec debet episcopus permittere clericum incedentem in habitu, et tonsura gerere vices Gubernatoris laici absentis; eadem Sac. Congreg. Imm. in Civitatis Plebis 24 Januarii 1651, lib. 4 *Decret. Paul.*, pag. 97.

(26. Gubernator contra eum, qui in fraudem reassumpsit habitum clericalem, potest prosequi causam quoad bona, non autem quoad personam; eadem Sac. Congr. Imm. in Reatina 12 Sept. 1629, lib. 2 *Decr. Paul.*, p. 6, in Nullius S. Laurentii in Campo 17 Decembris 1630, lib. 2 *Decr. Paul.* pag. 68.

(27. Injungitur Gubernatori, ut faciat suos Birruarios excommunicatos parere, alias illos removeat; ead. Sac. Cong. Imm. in Maceraten. 16 Junii 1651, lib. 4 *Decret. Paul.*, pag. 163.

(28. Facto verbo cum Sanctissimo, injungitur Gubernatori, ut non impediat, quatenus episcopus procedat ad poenas spirituales contra Birruarium, qui clericum offendit, etiamsi Gubernator praevenerit in captura; ead. Sac. Congreg. Imm. in Macerat. 20 Junii 1656, lib. 5 *Decr. Paul.*, p. 100.

(29. Gubernator non habet potestatem visitandi molendina Ecclesiasticorum, nec molestandi Molitores afflictuarios eorumdem; eadem Sac. Cong. Imm. in Verulana 2 Octobris 1691, lib. *Decret. Grim.*, pag. 18. (30. Nec visitandi Furnos Ecclesiasticorum; vide verb. *Furnus*, num. 45.

(31. Gubernator tenetur declarare in suo Edicto, quo prohibetur indistincte, ne quis possit emere, et vendere frumenta absque

ejus licentia, non comprehendi Ecclesiasticos. Ead. Sac. Congreg. Imm. in Guardianen. 6 Augusti 1695, lib. 1 *Decr. Vallem.*, p. 208.

(32. Non potest impedire, seu punire Lavatos die festo de licentia episcopi. Ead. Sac. Congregat. Imm. in Civitatis Castellanae, 6 Februar. 1694, d. lib. pag. 102.

(33. Gubernatori, quamvis sit clericus conjugatus, datur facultas procedendi contra personas ecclesiasticas, et quomodocunque exemptas, nec non examinandi; easque in casu renitentiae cogendi cum solita praeservatione. Ead. Sac. Cong. Imm. in Perusina 2 Junii 1703, lib. 3 *Decret. Vallem.*, p. 492.

(34. Item, quamvis non sit Clericus, datur facultas procedendi contra Clericum. Eadem Sac. Congregat. Imm. in Amerina 24 Martii 1688, lib. *Decret. Martelli*, pag. 257.

(35. Jussu Sanctissimi aliquando episcopus consignat Gubernatori corpus delicti. Ead. Sac. Cong. Imm. in Aquipendii 11 Decembris 1694, lib. 1 *Decret. Vallem.*, pag. 160, et alibi.

(36. Injungitur Gubernatori, qui mandaverat carcerari reum in loco immuni, ut ipse una cum aliis ministris suae Curiae omnino adeant episcopum pro absolutione a censuris incursis, et simul injungitur episcopo, ut benigne illos recipiat, et dictum Gubernatorem, et magistratum absolvat privatim, alios vero officiales inferiores publice in forma Ecclesiae consueta. Ead. Sac. Congregat. Imm. in Narnien. 4 Augusti 1627, lib. 1 *Decret. Paul.*, fol. 59.

(37. In casu occisionis mulieris cum foetu, Sanctissimus tribuit Gubernatori facultatem procedendi, et injungit Curiae Archiepiscopali Firmi, ut consignet carceratum eidem Gubernatori. Ead. Sac. Cong. Imm. in Asculana, seu Firmana 15 Maii 1694, lib. 1 *Decret. Vallem.* pag. 121.

(38. Ad tuendam publicam quietem a banitis et facinorosis datur Gubernatori Asculi facultas procedendi contra personas ecclesiasticas, tam saeculares quam regulares, et quovis alio titulo privilegatas, easque examinandi, et cogendi absque incursu irregularitatis; ead. Sac. Congr. Imm. in Asculana 20 Octobris 1694, lib. 1 *Decret. Vallem.*, pag. 152. Etiam extra jurisdictionem. Ead. Sac. Cong. Imm. in ead. 1 Martii 1695, d. lib., pag. 175.

## RECGENSENTUR ALIQUI GUBERNATORES EXCOMMUNICATI.

(39. Datur episcopo Narnien. facultas absolvendi privatim Gubernatorem, ejusque Cancellarium ob carcerationem cujusdam rei habilitati a Curia episcopali ad habendam Civitatem loco Carceris; impositis poenitentis salutaribus, ac de consensu patris; et quatenus haec sit absens a d. Civitate, recipiat idoneam cautionem de reficiendis damnis juxta summam liquidandam. Ead. Sac. Cong. Imm. in Narnien. 7 Nov. 1693, l. 1 *Decr. Vallem.*, pag. 85.

(40. In honorem Festi Paschalis absolvitur cum reincidentia Gubernator, et Ministri Curiae Laicalis, eo quia processerunt in qua-